Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

·II·

per prophetam. Ergo infrenabo os
tuum laude mea ne inteas. hoc est
ne intuitu facinorum tuorum in
ima mearis tristiciam atque instar
effrenis equi desperatus im preceps
ruas et pereas. Freno inquit
te inhibebo indulgentie mee et
meis laudibus erigam respi
rabisque in bonis meis qui de tuis
confundereis malis. Dum me sane
benigniorem quam te culpabiliorem
invenies. Hoc freno si infrena
tus fuisset Cayn nequaquam de
sperando dixisset maior est iniqui
tas mea quam ut veniam merear.
Absit absit. Maior est pietas
quam quamvis iniquitas. Ideo iustus
non continue sed tamen in principio
sermonis accusator est sui. Her
ro autem in dei laudes extrema
sermonis claudere consuevit.
Videte denique iustum hoc ordine
procedentem. Cogitavi ait vias
meas et converti pedes meos in
testimonia tua ut qui videlicet
contricionem et infelicitatem in vias
proprias pessum fuerat in via testi
moniorum dei delectaretur sicut in
omnibus diviciis. Et nos igitur
exemplo iusti si de vobis in hu
militate sentitis. Sic enim legitis
apud sapientem. Sentite de domino
in bonitate et in simplicitate cor
dis querite illum. Hoc autem facile
menti persuadet divine munifi
centie frequens primo continua
recordatio. Alioqui quo imple
bitur illud. In omnibus pprietas

agentes si ea pro quibus gracie
debent a corde recesserint. Nolo
vos iudaico notari opprobrio de
quibus scriptura testatur quod non
fuerit memores beneficiorum eius et
mirabilium eius que ostendit eis. Re
rum quia bona que largitur mor
talibus non cessat miserator et mise
rator dominus recolere et intelligere
omnia omni homini impossibile est.
Cuius enim loquetur potencias domini
auditas faciet laudes eius. Id sal
tem quod precipuum et maximum est
opus videlicet nostre redempcionis
a memoria redemptorum aliquatenus
non recedat. In quo opere duo
potissimum que nunc occurrerunt ve
stris studiis intimare curabo. Et
hoc quam paucis ad compendium
potero. Memor illius sentencie omnem
sermonem sapienti et sapiencior erit.
Duo ergo illa sunt modus et fructus
Et modus quidem dei exinanicio
est. Fructus vero nostri de illo repletio
Hoc meditari sancte spei seminarium
est. Illud summi amoris incentivum
utrumque profectibus nostris necessarium ne
aut spes mercenaria sit. si amor
non comitetur aut amor tepescat
si infructuosus putetur. Porro
fructum talem expectamus nostri
amoris qualem ipse quem amamus
promisit. Mensuram inquiens ple
nam et confertam et coagitatam et
supereffluentem dabunt in sinum vestrum
mensura ista ut audio erit sine
mensura. Sed velim scire cuius
rei futura sit illa mensura vel